

cætris optime apud Medos reperiuntur nufquam
perlucidæ. Quæ si de Saphiro a Plinio di-
cta intelligantur, nequaquam probanda sunt
quum Saphirus & inculpirur & perluceat.
Sunt ergo de Cyaneo hæc uerba Plinij ac-
cipienda, Qui in colore uti dictum est ad Sa-
phirum accedit. Promiscue enim Plinius
agit de Cyaneo & Saphiro, quæ Solin⁹ de
Hyacintho retulit Saphiro accomodata ut
ipsum esse colore cæruleo, qui aliquando
uioleaceo diluitur, aliquando nubilo obdu-
citur, quandoque in aquaticum eliquescit.
Preciosus uero qui inculpabili nuore inue-
nitur. Optimus enim in illo tenor est, si nec
densiori fucio sit obrusior, nec propensa per
spicuitate deiectionior, sed ex utroque tempera-
mento lucis & purpuræ moderatum, sua-
uiter florem trahit. Quis negat hæc singula
inesse Saphiro. Et subdit, hic est qui sentit
auras, cum cælo facit mutationem, nec equa-
liter rutilat, quum aut nubilosus est, aut fere-
nus dies, Præterea ipse in os missus magis
friget. Medici autem ipsum uim fugandi An-
tracem pestilentem habere, quod experien-
tia plurima comprobatum cognouimus.
Dioscori. Epiphoras oculorum sanari dicit.
Inuidieque resistere si in eo Scarabeus insculptus
sit. De Calaide & Ceraunia.

Est